Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26469
Copyright: Admont, Benediktinerstift

diligentia clauso sepulchro discessit. quod nemo du-
.vii. bitauit angelum dei esse. Et quintianus pergens arri-
pere facultates eius. et dum transiret per flumen equo-
rum morsibus et calcibus interfectus et eiectus in flumen.
non est inuentus amplius. Unde creuit et ueneratio
magna circa beatam agathen. super catanensium ci-
uitatem. Tunc paganorum multitudo fugiens ad
sepulchrum uirginis. tulerunt uelum eius contra ignem. et
statim ignis abscessit. Et hoc ideo factum est. ut compro-
baret dominus. quod a periculo incendii meritis agathe
martiris sue eos liberaret. Et ecce tantis ac talibus
nos instigant exemplis sancte uirgines ad salutem.
quod si eas imitari uolumus in castitate et bonorum ope-
rum assiduitate. simul cum eis mereamur aeterna gau-
dia. per misericordiam et gratiam domini dei nostri. cui laus
honor et imperium per omnia secula seculorum amen.

TEMPORIBUS impiissimi **De Sancto Vincentio martyre**
presidis daciani. cum multa in sanctos dei exercerentur
passionum ludibria. beatus ualerius episcopus et uincenti-
us diaconus martirii. per meritum sue laudis titulum cucurrerunt.